

David Richter


Hemerai Kai Erga Opera & Dies, In Natali Serenissimi Ducis atqve Principis Domini Caroli Leopoldi, Ducis Regnantis Meclenburgici ... A. 1747. D. XXVI. Novembris. Invitaret, Officiose Commendata

Gustroviae: Fritzius, 1747

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn832366307>

Druck Freier  Zugang






DK-9453-(1)

47
subtexere
neus fuit,
lo in Pru-
rulis, & in
& in Ro-
LIUS ANT.
WEIR-
ntur cre-
IALIS lib.
r. *Her*
im filtra,
s, Ovidi-
er colle-
n. 87. in
7. adv.
& angu-
erpetus,
Lucis
elo lu-
CILIUM
angvi-
v. 49.
os, &
ficata.
ilius
im &
s. 32.

102.
v.
ii-
in
9.
7.
a-
6.



HMEPAI ^{καὶ} ΕΡΓΑ
OPERA & DIES,

IN NATALI

SERENISSIMI DUCIS atqve PRINCIPIS

DOMINI

CAROLI
LEOPOLDI,

*Ducis Regnantis Meclenburgici, Principis Vandalia,
Sverini & Raceburgi, Comitis item Sverimensis, Ter-
rarum Rostochii atqve Stargardiae Dynasta,*

DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI

A. 1747. D. XXVI. NOVEMBRIS.

HUMILLIME EXHIBITA ET

PATRIBUS utriusqve REIPUBL.

CUM EOSDEM AD AUDIENDAS
CRASTINA LUCE AB HORA IV. POMERID.


SOLENNES ORATIONES
OMNI CULTU ATQVE HUMANITATE

INVITARET,

OFFICIOSE COMMENDATA

M. DAVIDE RICHTER,
GYMN. RECT.

F



GUSTROVIÆ, Typis JOH. GOTTHELFI FRITZII, 1747.

190.



Q. D. B. V!

Recensituris nobis qualicunqve programmata & Orationes, olim in Natali Serenissimi nostris auspiciis habitas, imitari placuit Vatem Aescraum, cui operæ hujus debemus inscriptionem, diverso licet consilio a nobis adhibitam. Quod IS enim per sua *Opera & Dies* labores ruricularum, quos Georgica appellare solemus, quique tempestive sunt subeundi, intelligat, inter omnes fere constat. Hinc paucis etiam complexus fuit multa, cum argumentum HESIODI, suiqve primi ex Georgicon Libri, exprimeret Poëtarum virgo VIRGILIUS, ita canere incipiens: *Quid faciat letas segetes, quo sidere terram, Verte-re -- Conveniat?* Nos vero per DIES, gloriosissimum indicamus Natalem Serenissimi Ducis, Dn. CAROLI LEOPOLDI, Ducis Regnantis Meclenburgici &c. Domini & Nutritoris nostri Clementissimi, quia hic toties auspiciatissime rediens, lætam nobis humillime & congratulandi & scribendi suppeditavit opportunitatem. Hoc vero ipsum pietatis nostræ & Juventutis Studiofæ exercitium, OPERA nominabimus, quia minime verendum nobis arbitramur, ne vanæ gloriæ locus aliquis dari potuerit. Quod si etiam aliis Gymnasiis (utinam etiam aliquando & Nostro) v. g. Berolinensibus &c. laudi ducitur, ut quotannis catalogum Exercitiorum Rhetoricorum, quæ communiter Declamationes vocantur, publica autoritate edant, ut de Præceptorum fide & Auditorum diligentia omnibus constare possit; nobis certe vitio verti haud poterit, quod nostris indulgeamus laboribus. Accedit præterea, quod acti labores sint jucundi, & nihil dulcius esse sentiamus, quam memoriam bene impen-

impensi temporis. Discipulorum quoque nomina, quorum memoriam hoc instituto renovamus, licet non omnia gratam sui nobis reliquerint memoriam, plurima tamen horum non omnibus ingrata spero futura, cum viderint & suum hisce obvenisse honorem. Quibus autem signum † præfiximus, ea caelesti jam inscripta fuisse albo, quivis facile conjiciet. Cæteri autem discipuli quos per hos XXII. annos formavi, sibi dictum putent, quod ex CICERONIS *Orat. pro Archia*, cap. 6. olim a me commendatum audiverunt. *Cæteros pudeat*, inquit Rom. Orator, *si qui ita se literis abdiderunt, ut nihil possint ex his neque ad communem asferre fructum, neque in adspectum lucemque proferre.* Sed ordiamur ab initio.

Anni 1718. dies 14. Octobr. erat, cum ex clementissima Serenissimi Ducis voluntate, Con-Rectoris sparta mihi publice traderetur gestanda. Aditalem habui Orationem, *de officio Sapientis in tolerandis publicarum Scholarum nævis.* Mox insequenti Anno 1719. post autumnale Examen b. Dn. JOACH. OTTO, Rector & Collega meus desideratissimus, autor svasorque mihi erat, ut solenniore Serenissimi Natalis susciperem celebrationem, suamque sic levarem atque solarer ingravescentem senectutem. Religioni mihi ducebam, nec fas esse putabam, Optimi Viri & Præceptoris mei precibus haud satisfacisse. Occupaverat autem A. 1719. Diem Solis sive Dominicam auspiciousissimus dies natalis Serenissimi Ducis nostri. Oratores proinde altero die publicos producebam hos quinque

- I. MART. JOACH. KARNATZIUM, Gultroviensem, carm. germ. gratulandi argumenta desumentem ex *Variis, quibus dies Dominicus insignitur, appellationibus.*
- † II. CAROLUM BARCKAY, Gultrov. carm. lat. canentem *de Solis præ reliquis astris excellentia varia.*
- † III. DANIELEM le PLAT, Gultrov. carm. germ. *Principes cum Sole comparantem.*
- † IV. JOH. HERM. MULLERUM, Hohen-Mocka Pomeranum, Orat. Græca docentem *Subditos ex Symbolo Terræ sua officia.*

A 2

V. GEORG.

V. **GEORG. CHRIST. KRUGERUM**, Kietens - Meclenb. Orat. Lat. exponebat, *Originem Obligationis Dominice Diei, & Splendidissimæ Auditorum Coronæ gratias persolventem.* In programme, quod Actus Oratorii intimationem præcedere solet, data opera inquisiveram *Originem obligationis Diei Dominice præ Sabbato.* Sed præter opinionem tam variæ futilesque mihi objiciebantur moræ & difficultates, ut facile intelligerem nondum adesse tempus, migrandi receptam programmata scribendi consuetudinem. Tempori itaque & cedendum & inservendum erat, atque Ser. Natalis, patenti, uti loqui solemus, folio indicendus.

Anno 1721. d. 21. Januar. ad coelestem transibat Scholam laudatissimus b. Dn. **JOACH. OTTO**, Rector hujus Gymnasii per 22. annos meritisimus. Ergo **ANNUM**, quem **GRATIÆ Serenissimi Nostri Nutritoris** debemus, solus curare debebam, Con-Rectoris & Rectoris munus sustinere adeoque etiam Prælectiones Oratorias docere, ex quibus hunc cepi fructum, ut in Natali Die prodire possent Tria Malchinsium pignora, quæ carissima laudavi Deposita. Namque

I. **ZACHAR. WOLFFLIN**, carm. germ. ex *faustissimorum CAROLI atque LEOPOLDI nominum significationibus*, petebat gratulationis suæ humillimæ argumenta.

II. **CHRISTIAN VOLLRATH FRAME**, carm. Lat. *Serenissimorum Ducum in superandis adversis magnanimitatem* canebat.

III. **CHRISTIAN DIETER. ARENDS**, Orat. Lat. *Serenissimi Ducis Nostri Pietatem & curas circa Sacra* laudabat.

Ipsum vero programma exhibebat *Carolos Magnos factorum Severitia majores.*

Anno 1725. d. 22. Novembr. qui S. Cæcilix, Toti Patriæ & Templo nostro Cathedrali Sacer erat, ex Clementissima Serenissimi Ducis vocatione, rite publiceque per b. Dn. **D. SCHA-PERUM**, Virum laudibus meis majorem, Gymnasio huic Ducali atque Patrio, Rector præesse jussus sum, qui quidem dies cum mihi

mihī videretur salutaris, mox in Natali programme agebam de NATALI DEORUM. Ut vero Orationes Solennes non argumento mox transituro, sed stabili utiqve se commendarent, Serenissimorum Ducales Titulos statim investigare cœpi. Hinc Orationes habebant

- I. ERN. NICOL. HAHNE, Plavia Meclenb. Orat. Lat. edifferens priora verba. *Dux regnans Meclenburgicus.*
- II. JOACH. EHRENFRIED REINHOLD, Gustrov. germ. de *Pervetusta urbe Meclenburg.*
- † III. JAC. MULLER, Gustrov. carm. Lat. explicabat, *Princeps Vetustæ Gentis Henetæ.*
- IV. CHRISTIAN FRIDER. WETZEL, Rhinov-Meso-Marchicus, carm germ. canebat, *Fürst zu Schwerin.*
Muscam peculiaris oda, submississime gratias actura instruxerat, qvalem qvoqve inseqvens postulabat Natalis.

Anno 1726. in qvem transferebatur Qvinque-Seculare JOBI-LÆUM TEMPLI NOSTRI CATHEDRALIS seu Dominici. Hoc facultatem enim mihī dederat, ut Serenissimo Duci in program. gratularer *Natales Jobileos.* Actum itaqve instituens O-ratorium de TEMPLIS, Prologi vice fungebatur &

Ante meridiem dicebat

- I. JOACH. CHRISTIAN HORNING, Warena-Mecl. Orat. germ. de *Variis priscorum templorum nominibus.*
- II. JOH. JOACH. VICK, Gustrov. Orat. Lat. *Templorum Origines Seculo I.* investigabat.
- III. JOACH. EHRENF. PFEIFFER, Gustrov. *Templorum Hostes* carm. Lat. castigabat.

Post meridiem vero dicebant

- IV. CHRISTIAN FRID. LOVERENTZ, Gustrov. Orat. Lat. *Templorum Origines Sec. II.* inqvirebat.
- V. THOMAS SPALDING, Gustrov. *Templorum Sanctitatem* carm. germ. vindicabat.

VI. JOH. DAN. LIVONIUS, Gustrov. Orat. Lat. *de Templis Cathedralibus*. von denen Münsters oder Dom-Kirchen.

VII. JOH. DETTLOF GRAUMANN, Gustrov. carm. germ. Epilogus Actum perficiebat, ex XX. de Cap. Mon. & al Relig. dicens: de *Capellis*, vulgo Kapellen.

Anno 1727. iterum moleste ferebam in program. folii forma præmissa, quod argumenti alicujus dignitas ex unius plagulæ paginis metienda esset. Oratores interea formaveram

I. HENR. CHRIST. KLEVENOW, Sternbergens. Orat. germ. exponentem: Fürst zu Rakeburg.

II. JOH. GEORG. ADAMUM SCHLEYER, Brifens. March. Orat. lat. docentem: *Venetos per Saxonum avaritiam coactos fuisse ut toties fidem repudiarent Christianam.*

III. GOTTLÖB DAN. BARTSCH, Soravia-Lusatium. carm. germ. cecinit: Graf zu Schwerin.

Anno 1728. BUCEPHALÆ inquisitio mentem occupaverat, meumque calamum in programme Natalitio, quia quæ reliqua erant ex Titulis Serenissimorum Ducum, id requirebant. Dicebant itaque

Ante Meridiem post horam IX.

I. JOACH. FRID. GIESE, Robelens. Meclenb. Orat. germ. Von der zerstörten Königl. Residenz Resin.

II. MATTHÆUS JOH. HUSWEDEL, Plaviens. Orat. Lat. Historiam s. Fata enarrabat vocabuli: DOMINUS, HERR.

III. JOH. DAVID WAGENER, Gustrov. carm. germ. can. der Lande Rostock Herr.

A Meridie autem post horam III.

† IV. SAM. CHRISTOPH MUHT, Malchin. Orat. Græc. *Quid de Bucephala Alexandri M. sit statuendum.*

V. AMANDUS CHRISTIANUS DORNE, Parchimens. carm. lat. Dynastiam Stargardiensem enucleabat,

VI. SIG-

VI. *SIGFRID CÆSO AMENGA*, Mollens. Meclenb. carm. germ. Von Gottes Gnaden.

Anno 1729. periculum feci: Utrum crebrior mihi subnasceretur scribendi occasio, eumque in finem finito Examine autumnali, d. 12. Octobr. *Festum Translationis Bibliorum Lutheri Germanicorum* in Gymnasio nostro celebrabam, juraque hujus translationis temere totiesque violatæ vindicabam in programme, Facultatem vero adscendendi cathedram publice dicturis dabam.

Ante Meridiem.

- I. *JOACH. GEORG DARZES*, Gustroviensi, Orat. lat. *Quam ignota ante Lutherum fuerint S. Biblia* exponenti.
- II. *JOACH. AUGUSTO LUBKE*, Gustrov. Orat. germ. tradenti *Historiam versionis nostræ Germ. per Lutherum confectæ*.
- III. *JOH. GEORG BÆVER*, Warena-Meclenb. carm. lat. carenti: *Laudes versionis Megalandri*.
- IV. *CHRIST. HENR. PLATONI*, Parchimens. Orat. lat. recententi *Bibliorum Polyglottorum Compendia*, & Speciminis loco proponebat Gen. I, 1.

Post Meridiem ab hora IV.

- V. *JOH. JOACH. EMMERICH*, Teteroviensi Orat. germ. narranti, *Potiores versionis nostræ Theandricæ Editiones*.
- VI. *JOH. CHRISTIANO NEUKRANTZ*, Meclenb. Latine carenti, *Fata hujus Versionis*.
- VII. *JOH. NICOL. VOGELL*, Gustrov. Orat. lat. *de Recentiorum Versionibus Biblicis* scil. Belgarum, Sauberti. Horchii.
- VIII. *JOH. SAM. FABRICIO*, Dargunensi, Metro vernaculo laudanti *Principes S. Bibliorum & Metaphrastas & Anagnostas*.

Sed vero expectatio frequentioris auditorii me meosque Oratores turpiter fefellit, quare non solum nos continuimus, sed tempori locoque cedendum esse, tandem didici. Hanc vero ex impensa

penſa opera cepi utilitatem, ut, cum altero menſe impenderet
 fauſtis ominibus rediens Natalis, meosque filios puſtulæ afflige-
 rent adeo perditæ, ut de ſalute illorum omnes deſperarent, ego
 ex Oratione VIII. præcedenti conſarcinarem progr. de JOHAN-
 NE THEOLOGO, *Principe Meclenb.* & quia diem Sabbati oc-
 cupabant Natalitia Sereniſſimi,

Dicerent ante Meridiem publice, inter conſvetos con-
 centus Muſicos.

- I. JOH. ALBERTUS HERMES, Dobbertinens. de *Pietate Se-
 reniſſimorum Ducum Meclenb.*
- II. JOACH. WILHELM DABLAU, Karboviens. Meclenb. de
Præceſſiſſimorum Ducum Megap. Conſtantia.

Annus 1730. Hilaria imperabat Evangelica. Ne itaqve &
 noſtro deſuiſſe nos videremur officio, programmate 2 plagular.
 atqve dimid. adumbrabam GENEALOGIAM LUTHERORUM.
 Oratores autem d. 27. Jun. excitaram.

- I. JOH. JUL. SCHULTZIUM, Bredenſelda-Meclenb. Orat.
 Lat. dicentem, de *Integrarum Eccleſiarum Symbolis Ante-
 Nicenis*, contra Arnoldi *Abbildung der erſten Chriſten*,
 Lib. VIII. cap. 20.
- II. JOACH. GEORG DARZES, Guſtroviens. carm. germ. ex-
 ponentem: *Hiſtoriam & Merita Henrici Pacifici Auguſt.
 Confeſſioni præſtita.*
- III. JOACH. HARTMANNUM, Malchoviens. carm. germ.
 probantem: *Qvod Auguſtiſſimum fidei noſtræ Symbolum,*
 non minus ac tria illa Oecumenica, ſuo ſtatim nomine læ-
 tiſſima naſtum fuerit omina, i. e. *Auguſtanam Confeſſio-
 nem vere eſſe auguſtam.*
- IV. CHRISTIANUM HENR. PLATO, Parchimens. Orat.
 germ. verba facientem, de *Auguſtana Confeſſione Nequam*,
 vulgo: *Von der verfälſchten (veränderten) Augſpurgischen
 Confeſſion.*

Carmen

Carmen Seculare idque Musicum, quod inter Orationes modulabantur, cum ad Leges Musices atque Symphonicas prius fuisset compositum atque redactum, Auditores Classis meae Supremae conficiendum susceperant, Clementiae sui Nutritoris humillime se commendaturi. Nec honoratissimos Collegas suam pietatis studium destituebat, sed peculiari scitoque carmine Seren. Patriae Patri, suum in fines suos humillime congratulabantur reditum. Sensim vero intellexi, hanc novissima bina programma majorem & opinione & expectatione mea sibi conciliaffe gratiam, quia Summorum etiam Virorum personis, eadem efflagitantibus, satisfacere nequivi. Hoc multorum desiderium incitavit proinde meum studium, ex Scriptoribus coevis illustrandi Historiam Patriae, ideoque ultra tentavi

A. 1730. HENRICI HIEROSOLYMITANI, Principis nostri glor. mem. indigniora perimari fata publico programme, quod argumentum mihi paravit viam ut in Natali Serenissimi suas bene dicendi vires periclitarentur.

I. JOH. FRIDER. TANGATZ, Strafen-Strelizenf. Orat. Lat. dicens, de *Bello Sacro, minime Sacro.*

II. JOH. JAC. ROMANUS, Templino Ukero-Marchicus, Orat. germ. de Passagio, seu *Expeditione Henrici Nostratis Cruciat.*

III. CHRISTOF LAUR. KRAMBEHR, Parchimens. carm. lat. de *Fatis optimi Henrici, bis capti & totidem liberati.*

IV. JOH. CHRIST. NEUKRANTZ, Ebersdorfio-Meclenb. carm. germ. de *reditu Henrici Hierosolymitani in suam Patriam.*

Cum vero mihi praeterea innotuisset, Excellentissimis quoque Viris meam probari diligentiam, meaque qualiacunque consilia adeo benigne interpretarentur, ut Historiae Critico-Pragmaticae honorifico elogio digna judicarent, calcari mihi subditum putabam, ut

Anno 1731. dispicerem program. HENRICI LEONIS; *Principis Meclenb. gloriosam cognomenti rationem.* Quia vero
B Stargar-

Stargardienſem Dynaſtiam reduxit ad avitos Patriæ fines, hinc Oratores cum favore audiebantur

- I. JOH. JOACH ANSEHL, Malchoviens. Latino metro exprimens *Vitam Henrici Leonis*.
- II. JOACH. CHRIST. KEDING, Guſtrov. Orat. Lat. recensens *Læta & Sinistra variorum Nominum omina*.
- III. ADAM HENNING LANTZIUS, Bentemo-Meclenb. Orat. germ. exponens *Austriam per Conjugia amplificatam*, quod argumentum vero latius perſequebatur
- IV. VOLLRAHT HENR. HANE, DEMPZINO-MECLENB. Carm. lat. canens *Principatus Germaniæ per Conjugia amplificatos*. Tandem
- V. JOH. HENR. PRIES, ROSTOCH. Carm. germ. conſiſſit *Henricos Europæ Principes, iisdem cognominibus, quibus noſtri Patriæ Henrici, nobilitatos*.

Anno 1732. ALBERTUS & JOHANNES Ducum Meclenb. *primi* redibant in memoriam, quorum Investituræ literas, si venia mihi data fuisset, libenter recudendas curassem. Quod mihi vero negabatur, mox Dn. D. GERDESIO caput dedit suarum Collectionum de rebus Meclenb. Bene interim publiceque dicebant

- I. JOH. CHRIST. KRUGER, Guſtrov. Orat. germ. *de Posteris Majorum gloriam amplificantibus*.
- II. JOACH. CHRIST. LABSEN, FURSTENBERGA-MECLENB. Orat. lat. *Laudes Caroli IV. Imperatoris*.
- III. JOH. DAN. THOMAS, Guſtrov. Carm. lat. *Albertum & Johannem Sagatos*.
- IV. ADOLPH FRIDER. BLUHT, STRELICENS. Carm. germ. celebrabat *Albertum & Johannem Togatos*.

Anno 1733. BIBLIOTHECÆ HISTORICÆ de *Rebus Meclenburgicis Sciagraphiam & Specimen* Imum, plagula unica in 4to edidi. Quia vero faustissimus Natalis diem Sabbati occupaverat, status etiam Patriæ turbulentus ipsam Scholam adeo turbatam

batam

batam affixerat, ut ex hoc tempore pristinum numerum recuperare vix potuerit, hinc plures duobus haud prodibant, quæ Parchimensium erant Optimi. Dicebant enim ante meridiem

I. **CHRISTIANUS BUSSE**, Orat. lat. *de Principibus Meclenburgicis Literatis* &

II. **BERNH. HENR. ROENNBURG**, metro Romano eosdem canebat *Principes virtute bellica claros*.

Anno 1734. *Specimen Idem* BIBLIOTHECÆ HISTORICÆ de Rebus Meclenb. divulgabam, siquæ per muneris mei conditionem licuisset mihi telam pertexere, cum nondum me consilii mei poenituit, nec rationes aliæ operam retinuissem, palmam profecto aliis præripiendam nunquam concessissem. Netelbladtiano interim instituto Spicilegium addetur haud contemnendum. Oratores autem produxi

I. **JACOBUM EMMERICH**, Gustrov. Orat. germ. celebrantem *Serenissimorum Ducum Meclenb. in hoc nostrum Lyceum collata summa beneficia*.

II. **CHRISTOF. CAROL. WOLFFIUM**, Ruffovia-Meclenb. Orat. lat. differentem *de utraqve Alexandrinorum Schola & Platonicorum Philosophica, & Christianorum Catechetica*, contra Gvil. Cave Script. Eccles. Hist. Liter. Parte altera f. m. 20 & 21.

III. **THOMAM CHRISTOPH. LUGERUM**, Gustrov. metro germ. *de Scholis Christianorum sec. I. & II. celebrioribus*, suppleturum ea, quæ Arnoldus in *der Abbildung der ersten Christen* Part. 2. Lib. 6. cap. 4. §. 14. f. m. 95 tradidit.

Anno 1735. opportuno tempore Vir Celeberr. & pl. Rev. Dn. **MICHAEL LILIENTHAL**, Fautor atqve Amicus olim ex Rostochiensis Academia & Fechtianis ædibus Mesoselenianis æstumatissimus, cui imaginem **MARGARETÆ**, nuptæ Illustri Dn. a **KUHNHEIM**, filiaë **MEGALANDRI** natu postremæ, atqve Genealogiæ Lutherorum a me præfixam, debeo, dono mihi misit suum *Systema Thalerorum*, amice meas sibi expetens in illud symbolas.

Non poterat non illud animum inescare meum, quia experientia teste didiceram, haud facile nummum a Cel. Autore fuisse prolatum, cujus ipse non fuisset *αὐτόπτης*, sive in metallo sive in ectypo aliquo. Sequebar proinde Tanti Viri laudatissima vestigia & quia dudum intellexeram, Viros, qui Animæ, & qui Corporibus medentur, facillime sibi variorum Numismatum colligere posse apparatus, per illorum benevolentiam adjutus, programme Natalitio describebam, Nummos sacros, maxime autem Aureos, quod institutum D. V. persequebar, maxime in aureis Meclenb. Oratores vero tum prodibant

I. *ERN. FRANC. SCHULTZ*, Malchinens. Orat. germ. de *Utilitate quam ex Numismatis Meclenb. capere possent Principes.*

II. *CHRISTOF CARL WOLFF*, Rossovia-Meclenb. Orat. lat. *Eandem perfecit causam.*

III. *JOH. HENNING HESSE*, Plaviens. Metro germ. *Vitam Friderici Wilhelmi Ducis Meclenb. ex Nummis illustrabat.*

Anno 1736. ex Amicorum voluntate ad Libros Sacros me recipiebam, & quia sextus, quarti decennii, agebatur annus, Sex illos expiscabar qui i Chron. 3. 22. adesse dicuntur. Licet autem publice profitear, quia inter omnes constat, numerum septenarium in sequentis Anni 1637. magis olim fuisse fatalem, Patriæque nostræ æque perniciosum superiori seculo fuisse, ac ipsis Saxonibus, Annum 1637. communiter appellantis: *die böse Sieben*; haud minus tamen memorabiles deprehendi Annos XV. XVI. & XVII. seculi, trigésimos sextos. Id proinde operam dedi ut eosdem in Natali repeterent

†. I. *JOH. OTTO de VIREECKE*, Eqves Meclenb. &

†. II. *CHRISTOF NICOL. RECHLIN*, Büroviens. Meclenb. quorum hic *statum Patriæ nostræ* Orat. Lat. describebat, *qualis ille fuit A. 1436.* ILLE autem Annorum 1536 & 1636. conditionem persequebatur.

Anno 1737. redibam ad Patriæ Historiam, & in program. exponere

ponebam de ALBERTO, REGE SVECIÆ & DUCE MECLENBURG. Cætera vero, quæ programmatis termini non capiebant, expediebant Oratores Juvenes. Nam dicebant

- I. JONAS CHRISTOF. RUMKER, Poserino-Meclenb. Orat. lat. de *Causis belli Danici, Captivitate & Liberatione Alberti.*
- II. CHRISTOPH. THEODOR. STORCH, Gustrov. Orat. germ. Fabulam explodebat, *Fæminas Nobiles Meclenburgicas ab Alberto privilegium illud feudale impetrasse.*
- III. JOH. CHRISTOF. BADENDIECK, Gustrov. Metro germ. *Reges Sveciæ, Daniæ & Norwegiæ ex Euphemia (matre Alberti nostri) prognatos canebat.*
- IV. JOACH. CHRIST. VIERECK, Gustrov. Sermone Gallico probabat, *Albertum III. (Fratrualem Alberti Nostri) Ducem Meclenb. injuste per Margaretam Danicam a successione in Regnum Daniæ exclusum.*
- V. JOH. SAM. MARTINI, Miroviensis. Orat. lat. recensabat *Imperatores Romanos in captivitatem abductos.*
- VI. JONAS CHRIST. WILLEBRAND, Carchoviens. Mecl. metro germ. produxit, *Reges Principesque a Ducibus Meclenb. captos.*

Anno 1738. per Sartorem quendam, non imperitum Civem, impetravi DIPLOMATARIUM PENTZLIENSE, quod perscrutatus, statim intellexi, spicilegium modo aliquod mihi relictum fuisse, a KLIVERO *amplificato*, qui nuper prodierat. Eloquentiæ interim suæ pericula prima tum faciebant

- I. BERNHARD CHRISTIAN KOSEGARD, Stargardiens. Orat. lat. *Vitam Alberti IV. Reg. Svec. filii, exponens.*
- II. CHRIST. DAN. GRAUMANN, Gustrov. carm. germ. ERICUM, Alberti Reg. Svec. filium primogenitum canebat.
- III. HENR. FRID. MUSSEHL, Butzoviens. versibus latinis laudabat HENRICUM *Suspensorem, una cum aliis Regibus & Principibus Suspensoribus.*

B 3

IV. JO

IV. JOACH. CHRISTOF. BRESLACH, Gustrov. ligata Orat. MAGNUM I. Ducem Meclenb. exhibebat.

Anno 1739. Ordo programmatum tangebatur MAGNUM I. & JOHANNEM II. Duces Meclenb. Orationes autem solennes habebant

I. BERNHARD GOTTHARD de WYCKEDE, Eqves Meclenb. de Diis Juventæ & Senectutis, latine.

II. CAROL LEOPOLD BLAU, Sverinens. vers. germ. Serenissimo humillime gratulabatur Sexagesimum ætatis annum ex felicitatibus Sexagenariorum.

III. CASP. LEVIN HARTMAN BUNSOW, Meclenb. Orat. germ. Serenissimæ Principi Filie, Augustas cum Novo Genero NUPTIAS humill. gratulab.

IV. TOBIAS DAN. KNOCHEL, Gustrov. Orat. lat. perfequebatur Memorabilia Johannis II. Duc. Mecl.

V. JOH. GEORG LUGER, Gustrov. carm. germ. Gloriam & Prærogativas Illustris Academiæ Rostoch. prædicabat.

Anno 1740. potiora momenta HENRICI PINGVIS, illustraveram programme. Sed per typographi absentiam aliasque causas, omnem a me præstitam operam solari debebam programme. in folio patenti. Hoc enim ex arena consilium capiendum erat, ut exercitationes Juvenum Oratorum rite indicii possent. Dicebant namque

I. NIC. GOTTLIEB LUHMANN, Anclamo-Pomer. de causis, cur tot numerosæ Principum familiæ præter opinionem sexu masculino fuerint destitutæ? Orat. lat.

II. JOH. CHRISTOF. RICHTER, Gustrov. Orat. germ. gratulabatur Cæsaream Dignitatem Rusiarum heredi, Dni. Johanni III. Nepoti Meclenburgico.

III. JOH. DAVID GRAMBZOW, Klabria-Meclenb. Carm. germ. de Fraternitate & Successione in Ducatum Lauenburgicum Serenissimis Duc. Meclenb. firmata.

Anno

Anno 1741. MAGNUS II. Dux Meclenb. considerabatur, & quia propitio Numine Ser. Dux Dn. CAROLUS LEOPOLDUS, *Dux regnans Meclenb.* Climactericum agebat Magnum, Orationes solennes habebant

- I. THOMAS JOACH. KOELPIN, Plavia-Meclenb. latine de *Anno Climacterico Magno.*
- II. JOH. PETR. HALTERMANN, Gustrov. metro germ. *Gloriam Seren. Domus Meclenb. ex Principibus Longevis,* canebat.
- III. JOACH. FRID. PLAHN, Kogelcko-Meclenb. carm. lat. *humillime gratulabatur Serenissimo Androclém superatum.*
- IV. JOH. GABRIEL PRIES, Rostochiens. Orat. germ. *Augustissimo Russorum Imperatori Johanni III. primum & etatis & Regiminis Annum felici fidere superatum* humillime gratulabatur

Anno 1742. Gloriosissimum Serenissimi Regnantis Natalem program. indicebam folii formam habente, quia ex temporis ratione dicebant

- I. PHILIP CHRIST. DAVID BOLCKOW, Gustrov. Orat. germ. *Ἀξιολογῆσα Alberti Pulchri, Ducis Meclenb.* Exhibebat enim 1. fabulam foederis, Nobilitatem inter & Urbes Meclenb. initi. 2. Originem Reverfalium inqvirebat.
- II. JOH. JOACH. COTHENIUS, Sulza-Meclenb. carm. germ. docebat, *Quantum vel ex ipsis Nominibus Principum, Vitae Eorundem capiant lucis,* occasionem suppeditante Cel. KAPPII præfat. BEHRII Rebus Meclenb. præmissa.

Anno 1743. b. MORHOFII Libellum de *Paravimitate Livio objecta* ita recensebam, ut variis eundem subinde, novisque accessionibus locupletaverim, 2 plag. cum dimid. Bene autem dicebant Oratores

- I. NICOL. HENR. LUHT, Wockera-Meclenb. Orat. germ. *Monumentum Templi nostri Ceciliani ULRICIANUM Serenissimorum Ducum Meclenb. Genealogicum,* celebrans.

II. JOH.

II. JOH. ALEXAND. ZELLER, Gustrov. Orat. lat. eaque Recta fingebat, *Johannem Albertum I. Ulrico fratri fovendentem Regiminis societatem & disfoadentem Ducatus divisionem.*

III. GUSTAV JOH. ZELLER, Gustrov. Orat. germ. exposuit. *Das durch Herzog Ulrich gl. and. gezeierte Güstrov.*

IV. CHRISTOPH HENR. HOTTERS, Gustrov. Orat. lat. recenserebat, JOH. ALBERTI, I. *Merita in Religionem Lutheranam omnem.*

V. JOH. CLAMOR BUCHHOLTZ, Verchentino - Meclenb. carm. germ. *Ulrici Merita in utramque Rempubl. Meclenburgicam, Civilem nempe & Ecclesiasticam* canebat.

Anno 1744. *Causam MORHOFII* continuabam de *Patavinitate Liviana*, ea praesertim afferens, quae post B. Morhofii obitum ad hanc Latii controversiam allata fuerant, plag. 3. Publice autem dicebant

I. JOH. HARTWIG TROYE, Lubitzia-Meclenb. Orat. germ. de *varia fortuna Christophori, Ducis Meclenb. & Episcopi Raceburgensis.*

II. JULIUS JACOB BITTORFF, Gustrov. Orat. germ. *Regias Serenissimorum Fratrum, Ulrici atque Christophori Nuptias* recenserebat.

III. DAVID CHRIST. RICHTER, Gustrov. Orat. germ. *Das von denen Durchl. Herzogen Joh. Alberto I. & Ulrico zu Rostock A. 1570. angelegte Hochfürstl. Consistorium.*

IV. PHILIPP CHRISTOPH DAVID BOLCKOW, Gustroviens. Orat. lat. *Dicafterii Aulico-Provincialis* ab IISDEM *institutionem* & per Adolphum Fridericum I. & Joh. Albertum II. *repetitam* A. 1651. d. 10 April. *Sternebergæ restorationem* enarrabat.

Anno 1745. *INSIGNIA Serenissimorum Ducum Meclenb. persequi* sustinui, & quia me semper annulus, vulgo sed temere per nares bubalinas trajectus, offendit, scrutatus loca 2 Reg. 19. 28 & Jes. 37. 29. probavi, vocem $\pi\pi$ minime annulum significare, sed

sed uncinum, harpagona, eine Harpuyne. Hinc argumenta so-
lennium Orationum erant, ut dicerent

- I. CHRISTOPH DAN. MICHELSEN, Varino-Meclenb. carm.
germ. de *Serenissimorum Ducum Meclenb. Scuto univervo.*
- II. GEORG VOLLRATH SIEVERT, Turcoviens. Meclenb.
Orat. lat. de *Grypho Meclenburgico.*
- III. CHRISTIAN GOTTLIEB WARNEMUNDE, Gustroviens.
carm. germ. canebat. *Brachium cum annulo pronubo cæ-
litus protensum.*

Anno 1746. Idem argumentum per Orationes publicas con-
tinuabatur. Oratores autem erant

- I. CHRISTIAN HENR. MICHELSEN, Warino-Meclenb. Orat.
lat. dicens de *Capitis Bubalini in Scuto Meclenb. significatio-
ne morali.*
- II. JOH. JOACH. IMMANUEL MEINEKE, Jaatzke-Meclenb.
germ. metro, de *Cruce coronata.*

Præmissum vero progamma, SANCTI SEVERI, qui etiam EN-
DELEICHIUS audit, carmen exhibebat de *Mortibus Boum*, quod
sub finem anni Nova Præfatione & variis Annotationibus edidi
auctius, plag. 6. in 4to.

Horum Discipulorum, qui facile Centenarium superant nu-
merum, laudatissimis vestigiis insistere placuit

*Juvenibus ad meliora quævis adspirantibus, quia crastina
videlicet luce, mox post horam IV. pomeridianam publice dicent*

- I. JOACH. HENR. KNUTH, Gustrov. Orat. germ.
*Von dem Mittel-Schilde im Hochfürstl. Meclenb.
Wapen.*
- II. JOH. PETR. LUDOV. SPANGENBERG, Sva-
nens. Orat. lat. de *Primis Capitis Bubalini in Scuto
Meclenburgico Originibus.*

III. LAUR.

III. LAUR. HENR. TOPPEL, Ribbenizens. carm.
 germ. *Historiam Insignium Meclenburg.*

Hæc qvaliacunqve festa fuerunt Opera nostra, festo Natali *Optimi DUCIS Nostri* exhibita, & ex Amicorum consilio tandem repetita: non, qvod eadem Tanta, Tanti *PRINCIPIS*, persona, nec tanto *NATALI* satis digna habuisssem; sed qvod meliora Summo *PRINCIPI* sacrificia, nec pro paupertate nostra offerre potuimus, nec nobis qvidem licuit, siquidem nulla a privatis publicisque laboribus hora intermitti debuit, qvod tamen alibi moris est. Præstare interim arbitror, pia nostra vota publico firmasse cultu, qvam Clementissimi *PRINCIPIS* gratiam in tenebris turpiter consumere & Seriphia pietate felicem esse. Proinde, qvia Summa Votorum Bonis omnibus semper fuit, eritqve,

Salve Festa Dies, Meliorqve revertere semper!


hac qvidem vice scripturam nostram terminabit Scazon iste Morhofianus.


*Vovemus omnes undeqvaqve fortunas,
 Magnoque PRINCIPIS vacare Natali
 Pietas requirit, imperatqve amor iustus.
 Lux faustiores hæc relapsa per gyros
 Benigniori semper ardeat vultu,
 Vitamqve arenæ conferat Sibylline.*

Per VOS itaqve, *PRÆSIDES & SACERDOTES* utriusqve *IUSTITIÆ*, Vestramqve gratiam, qvam non nisi lætissimo cultu & humilitate toties præstitam, coram venerati sumus, stabit, ut solenniores Orationes *Trium horum Juvenum* pro rostris Gymnasticis edifferendas, benevolis audiatis auribus. Dabitis hoc meis repetitis precibus, ut vestra luce meritorumqve Splendore, Acroaterium illustretis nostrum, qvia Musas, vosqve Musæ amant, cordiqve esse solent. Lætissimam quamvis mihi supeditabitis opportunitatem, VOBIS ut nostram probemus inferviendi alacritatem. Omni igitur officio vel pietate potius, per prævias preces meas, hoc a vobis me consecuturum spero atqve confido.

301

2064





Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn832366307/phys_0026

DFG

De Riddagshausano coenobio autem hæc traduntur. Dies
 Kloster hat einen Abbet gehabt und eine feine Schule, darinnen
 12 Knaben mit aller Nothdurft unterhalten, und in Logicis stu-
 diis durch einen Magistrum, welchen der Abt besoldet, institui-
 ret werden. Solcher Kloster-Schulen seyn 6. im Lande
 schweig, in unterschiedliche Classes abgetheilet, durch w
 Stipendiaten ordentl. geführet werden, bis man sie ent
 der Universitæt nach Helmstädt mit Nuß verschick
 Cum deinde turbulentum *Brunsvicum*, mox vero Gv
 tum adiiisset, in secessu vicino *Zessen* ab Avia sua te
 receptus & per 9 dies retentus fuit. Amoenitates aut
 fementes, dictaqve Monasteria latius enarrabunt Auto
 Baringium reperiundi.

§. 7.

Hessemo die 4 Martii discedebatur, reliquaque
 stadio, Schanderslebiaque, *Halam*, intravit, ubi d.
 præter alia, salinas quoque vidit, de quibus ita: D. M
 Bericht nach, sollen die Salz-Roten jährlich 2 Tonnen
 tragen. Doch wird eine wieder auf die Unkosten g
 Von der andern muß man dem Hrn. Bischof ein gena
 richten, welcher das Feudum 123 Häusern verleihet.
 vero de his Salinis Scriptorum nubem collegit Clar.
 SIGIUS, plenior sine dubio dabunt notitiam in *Bt*
xon. Super. p. 941. In templo Cathedrali Halensi
 runt Epitaphium D. Mosmanni, ex unica sua uxore
 liberorum Parentis facti, cujus πολυγενίας alia plurac
 peditabant exempla, *STISSERUS ad Sirac.* 16. p. 17
CARTUS Observat. Hist. Polit. Decad. II. p. 286 - 2
Jac. THOMASII, Oratt. p. 121. *LANSII Consult.* p. n
 omittam *STEPNERUM in Inscript. Lipsiensibus: A*

